

SCRIPTA

Numéro Scripta : 213

Auteur(s) : Arrald [particulier]

Bénéficiaire(s) : Chartres, Saint-Père (abbaye)

Genre d'acte : notice

Authenticité : non suspect

Datation : ...1080, 28 mai...

Action juridique : restitution

Langue du texte : latin

Analyse

Acte notifiant l'abandon par Arraldus, en faveur de Saint-Père de Chartres, de l'église de Croth « supérieur » autrefois achetée par l'abbé Landry et des droits qu'il revendiquait sur cette église.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Guérard Benjamin, *Cartulaire de l'abbaye de Saint-Père de Chartres*, Paris, Crapelet (Collection de documents inédits sur l'histoire de France ; 1ère série. Histoire politique), 1840, 2 vol., t. 1, p. 216-217.

Dissertation critique

La datation circa 1080 est proposée par B. Guérard.

Texte établi d'après a

Notum esse volumus nos monachi sancti Petri coenobii Carnotensis cunctis sanctæ Dei æcclesiæ fidelibus, a monachis sancti Martini Majoris Monasterii quamdam æcclesiam, sitam in Croto superiori super fluvium Auduræ, olim emptam fuisse ab abbate Landrico, faventibus fratribus de quorum patrimonio fuerat, Arraldo scilicet, Richardo et Bernardo, qui hanc ipsam sancto Martino vendiderant, faventibus domnis de quorum beneficio tres supradicti fratres tenuerant. Verum quia paupertas semper claudicat, Arraldus persepe redditus æcclesiæ in suis usibus, victus inopia, et nobis invitatis, retinebat, obiciens in conventione fore eandem æcclesiam cemento et lapide a nobis debere fieri. Quapropter, multis vicibus a nobis excommunicatus, atque iterum, specie tenus usurpati rebus dimissis, absolutus ; tandem, sapienti usus consilio, in sese reversus, ad limina sancti Petri venit, cum cunjuge, nomine Adelidæ, et filia Badehilde, ante altare de commissis veniam peciit, ac de ipsa æcclesia donum super altare posuit ; sub verbum pro missivis dicens se nunquam, ab illo die in antea, aliquam calumniam inferre nobis de ea, neque se ullam consuetudinem habiturum in ea neque in terra ad eum pertinentem ; neque de annonis quæ in æcclesia ponende sunt molarum ullam, sicut prius faciebat, nec omnino aliam aliquam rem accepturum ; sed ideo ita liberam deinceps a nobis abendam, ut æcclesiam sancti Georgii et æcclesiam sancti Cirici de Aneto. Quam rem postea annuere fecit filiis suis, Gualterio scilicet et Gisleberto, filiæ quoque minori, Milesinde nomine. Actum est Carnotis publice, V kalendas Junii. Placuit quoque nomina eorum subscribere qui ex utraque parte fuerunt præsentes : Marcuardus ; Gualterius et Albertus, fratres ; VValterius, Blancus Oculus. Ex nostra patre : Gilduinus major, Walterius clericus, Richerius major, Stephanus major, Laurentius, Gislebertus, Adventius, Oydelerius, Rotbertus nosochomiarius, Radulfus, Gilduinus, Gaudius.